Quodlibetica decisio perpulchra et deuota de ſeptem doloribus xp̄ifere v̾ginis marie ac communi ꝛ ſaluberrima cõfraternitate deſuper inſtituta ad eius honorem ꝛ gloriam



Nam et ſi dominus per prophetam de loco natiuitatis ſue dixerit Et tu betlehem effrata terra iuda nequaq̄ minima es in principibꝰ iuda. Ex te enim exiet mihi dux qui regat populum meum iſrahel que licet inſtructuris ⁊ munitionibus abiecta fuiſſe legatur tamen preceteris commendabilis redditur propter eum qui exortus eſt in eodem loco lumen rectis corde. Et quia quicquid laudis honoris atqꝫ excellentie glorioſe dei genitrici exhibetur dei filio impenſum eſſe ſciamus progreſſum atqꝫ dilatationem huius ſacratiſſime fraternitatis cum ſingulis doloribus et compaſſionibus in ſimplici deſolatoqꝫ loco quicunqꝫ ad oculum conſpicere voluerit dominicam diē poſt feſtum corporis chriſti conſiderare poterit ſeqꝫ in Schratſtall conferre vbi exultabimur et letabimur in domino quoniam magna erit dei genitricis gloria et chriſti paſſionis memoria.

¶ Tabula alphabetica principalium materiarum in preſenti ope. e contentarum.

A

Alternationib' vti in ſeruitio xp̄i vel virgis (dūmō neceſſaria nō obmittant) bonum eſt. in fine concluſionis ſeu tertie propoſitionis ſcōi ordinis in ſolutione ad tertium.
Angeli quō in morte xp̄i fleuerunt. In concluſione primi ordinis in ſexto et ſeptimo dolore.
Angelorum ordines quorum noīa ſumūt a ſeruitute dei ſunt ſupiores. hīs quorum noīa a p̄latiōe ſup creaturas accipiūt i p̄ma pte ꝯcluſiōis ſcōi ordinis. ¶ Aue maria laudes. i fine ſcōe ꝓpōnis ſcōi ordinis.

C

Corpus humanū duplicibus ſubicit defectibus. p̄ma pte p̄me propoſitionis primi ordinis.
Crux circa quā maria ſtetit merito dicit crux chriſti. In cōcluſione primi ordinis in quinto dolore.
Cōtēplatio nō ꝯſiſtit i pura ſpeculatiōe. ſcōa ꝓpōne ſcōi ordinis.
Cōtemplatiōi hui' fraternitatis ſeptē dolorum virgis n̄ ē neceſſe addere orōnē vocalē ſꝫ h̄ ſolum eſt de bene eſſe. ibidem.
Cōtēplatōi ſeptem dolorum virgis/cur ſeptem Pater nr̄ et ſeptē Aue maria addunt. Ibidem
Cōtemplatio ſeptē dolorum virgis q̄tuor bona facit. ibidem p totum

D

Doctores ſeu p̄dicatores muti maledicūt ſꝫ docētes bn̄dicent. In
Dolores marie q̄re in Mariam ꝓlogo poſt principium
Dolor et triſtitia quō ſe habent inter ſe et quō differūt. prima pte ſcōe ꝓpoſitionis primi ordinis.
Dies noſtri in ſe ſunt boni nec pctīs inquināt. in ſecūdo p̄ſuppoſito cōcluſionis ſcōi ordīs i ſolutione ad primū et ſcōm.
Dies triplici de cā dā mali dr̄. ibidē i d̄claratiōe ſcōi p̄ſuppoſiti.
Dies nouiſſim' borrendus erit. in fine ſcōi p̄ſuppo. ꝯclu. ſcōi ordīs.
Deuotio qd ē et q̄ ē cā ei'. ſcōa ꝓpoſi. ſcōi ordīs p' q̄tuor vtilitates
Deuotio etiā exercitio bonorum opm acquiritur. ibidem.
Deuotio cauſat dolorē et gaudiū et ex vtroq3 lacbrimas. ibidē et in fine tertie ptīs concluſionis ſcōi ordinis.

F

Fraternitatis i cōi diuiſio/diffinitio cāe q̄tuor et circūſtātie. In p̄ia ꝓpoſitone ſcōi ordinis ad longū.

Fraternitatũ ꝯfratres amẽtes inſide' es ꝛ religioſi ſine ſuoꝝ ꝑlatoꝝ licẽtia eſſe nequeũt ñ in fraternitate de Roſario ꝛ in iſta . Ibidem de cauſa materiali ꝛ formali.
Fraternitatum ap.pbatio.ibi ſem de cauſa efficiente.
Fraternitates multe veniunt re.pbande.ibidem
Fraternitatẽ inſtituere eſt opus virtutis latrie. Ibidem in fine.
Fraternitatis ſeptem doloꝝ virginis quis ſit inſtitutor/temp⁹/loc⁹/ ꝛ modus.in tertio ꝑſuppoſito ꝯcluſionis.ſcdi ordinis.
Fraternitatẽ hãc artãtes q2 debet eſſe cõis/peccant.ibidem.
Fraternitatis hui⁹ iſtitutores nõ ſunt ſiniſtre diiudicãdi/ſ3 laudãdi mercedemq3 reportabũt.in fine ꝯcluſionis ſecundi ordinis
Fratñitas h alias excedit rõne ꝯtẽplatiõis.in ſcda ꝓpo.ſcdi ord.
Fraternitas hec nõ eſt ſupflua nec ſupſtitioſa.in ſolutione ad q̃rtuꝫ in fine concluſionis ſecundi ordinis.
Fraternitatẽ hanc inſtituiſſe nõ ẽ ꝑſumere nec nouitatẽ adinuenire Ibidem in ſolutione ad tertium.
Fratñitatis hui⁹ incitamẽta.in ꝓlogo/ꝛ i fine ꝯclu.tertij ordinis
Fraternitate hac beata virgo ẽ mr̃ nr̃a/ñ ſoror.ibidẽ i ſo.ad tertium

G

Gratie diſpoſitiones.ſcda ꝓpõne ſcdi ordinis q̃rta vtilitate.
Gratiã non meremur ſed gratie augmentũ.ibidem.
Gladius multiplex.in primo dolore concluſionis primi ordinis.

I

Intentio opis facit opus bonũ vel malum.in p̃ma ꝓpoſitione ſecũ di ordinis circa finem.
Iudicare debem⁹ noſmetipſos ñ alios.in p̃.pte ꝯclu.ſcdi ordinis.

M

Malitia multiplex in ſcdo ꝑſupoſito ꝯcluſiõis ſcdi ordis ꝑ totũ
Malitia mũdi ibidem. Finis mũdi.in p̃mo ꝑſupoſito. Ibidem
Marie corpus gladius materialis non ptranſiuit.prima pte p̃me ꝓpoſitionis primi ordinis.
Maria qbus penis vel defectibus corpalib⁹ ſubiecta fuit.ibidem
Maria habuit aureolam martiꝝ ꝛ doctoꝝ/paſſioq3 fuit quatuplex martirium. Ibidem
Maria habuit paſſiones ſic abſq3 pturbatione ꝛ aliter quam nos In ſcda parte prime ꝓpoſitionis prima ordinis.
Maria nullã impacientiã vel geſtũ inordinatũ habuit in xp̄i paſſio ne. Tertia pte prime ꝓpõnis.ibidem

Maria nunq̄ venialiter peccauit. in quarta pte ibidem.
Maria fuit figurata per archam noe. Ibidem.
Maria fuit homo ⁊ habuit omnia q̄ ptinent ad veritatem humane nature ſcđa pte p̄me ꝓpoſitionis p̄mi ordinis.
Maria plena fuit dolore interiori. p. pte ſcđe ꝓpoſitionis. p. ordīs
Maria triplici amore ſumme dilexit filium ſuum. ibidem.
Maria. ꝑ ceteris habuit ꝯmūicatiōez paſſiōis xp̄i. ſ. p. ſ. ꝓpōnis. p̄. or.
Maria in cruce ſcā ē adiutrix ⁊ mr̄ nr̄a / q̄ſi pariens nos. ibidem.
Mariā xp̄s in ſua paſſiōe habere voluit p̄ñtē. In ſcđa pte ſcđe ꝓ pōis p̄mi ordinis. ⁊ in ꝯcluſione eiuſdē ordinis ī q̄to dolore
Marie fides ſola mā̄ſit tpe paſſiōis. ī ſcđa pte ſcđe ꝓpō. p. ordinis
Maria quō ſtabat ꝓpe crucē. in q̄to dolore ī ꝯcluſiōe. p. ordīs.
Marie anima magis erat in corpe chriſti tpe paſſiōis q̄ꝫ in ſuo. ſcđa pte ſcđe ꝓpoſitionis primi ordinis.
Marie ꝯpaſſio habuit quinq̄ꝫ cōditiones acerbas. ibidem.
Marie dolor fuit continuus. ibidem
Maria cum dolore tpe paſſionis habuit gaudiū ment̄ abſq̄ꝫ ꝯtra rietate. tertia pte ſecunde ꝓpoſitionis primi ordinis
Marie priuilegium duplex. ibidem.
Marie cōicatio in dolore filij ſibi ⁊ nobis ꝓfuit. ibidem.
Mariā q̄re chriſt᷒ pſeruans a pccō ſubici penalitatib᷒ quo ad corpus voluit. in fine ſcđe ꝓpōnis primi ordinis in ſolutione ad ſcđm.
Marie virginis dolor̄ nuer᷒ ⁊ declaratio ī ꝯcluſiōe pri ordīs p totū.
Marie dolor grauior fuit q̄ntus. ibidem in quinto dolore.
Maria quot pſonas familiares ſecum habuit circa crucē ibidem in quinto dolore.
Maria habuit duas ſorores ⁊ parentes. vide ibidem.
Mariam q̄re chriſtus poſt ſe in hoc mundo reliquit. ibidem in quinto dolore prima queſtione
Maria quot annis vixit. ibidem in ſecūda queſtione
Mariam cur chriſtus alteri cōmēdauit ī cruce. ibidem ī tcia q̄ōne
Maria habuit angelum cuſtodem. ibidem.
Mariam cur chriſtus vocauit in cruce mulierem.
Ibidem in quarta queſtione.
Maria non fuit ex verbis chriſti facta vera mater iohannis.
Ibidem in quinta queſtione.
Maria cum Iohanne nihil reſponderūt chriſto in cruce eis loquē ti Ibidem in ſexta queſtione.

Marie paupertas laudabilis. In fine cõcluſionis primi ordinis in ſolutione ad tertium.
Marie virtutes apparuerunt in ſuis doloribus. ſcḋa ꝑpõne ſecundi ordinis in principio.
Maria conſolatur eos qui ſuos dolores cõtemplant/ ꝛ multa alia bona facit. ibidem poſt principium.
Marie deuota ſalutatio multũ ꝓdeſt. in fine ſcḋe ꝑpõnis ſcḋi orḋ.
Maria poſt xp̄i mortem fuit inſtructrix diſcipuloꝝ ꝛ ſolatiũ xp̄ianorum. In cõcluſione p̄mi ordinis in q̃nto dolore p̄ma q̃ſtione
Marie in btitudine pfecta exiſtẽti/ cur dolores ſunt ad memoriã reducẽdi. In fine ꝯcluſiõis ſcḋi ordinis. in ſolutione ad p̄mum
Maria ē ſcala iacob q̃ eleuamur ſurſuꝫ. Ibidẽ i ſolutiõe ad q̃rtũ.
Mulieres q̃ ꝛ quot ſecute ſunt xp̄m ꝛ Mariã. In ꝯcluſiõe p̄mi ordinis in quinto dolore
Mulieres ſeu virgĩes ñ debẽt ſole icedere. Ibidem tria q̃ſtiõe.
Mundi finis In p̄mo p̄ſuppoſito ꝯcluſiõis ſcḋi ordinis.
Mundi malitia In ſcḋo p̄ſuppoſito ꝯcluſionis ſcḋi ordinis

N

Numer' ſeptẽari' ē mĩtũ ſcĩt' ꝛ vſitat'. ſcḋa pte ꝯcluſiõis p̄mi ordis
Numero ſeptenario i dolorib' virgis q̃re vtimur. Ibidẽ ad lõgũ
Numero alio ſi vteremur ñ peccarem'. in fine ꝯclu. p̄mi ordinis
Numer' iſte ſeptenari' doloꝝ virgis videt eſſe ex diuina iſpiratiõe. Ibidem in ſolutione ad p̄mum

O

Orationẽ nõ eſt neceſſe eſſe vocalem. ſcḋa ꝑpõne ſcḋi
Oratio duplex. ſcꝫ cõis ſeu publica ꝛ p̄uata ordis ꝯca finem
Orationi q̃re vox adiungit. Orationis dñice Laus
Officiũ miſſe ꝛ horaꝝ de dolorib' virgis habet in fine operis.
Officia alia vel orõnes. et miſſe ꝛ ãniuerſaria huic fraternitati ſupaddunt. In fine ſcḋe ꝑpõnis ſecũdi ordinis

P

Plangẽdi tres modi. tertia pte p̄me ꝑpõnis p̄mi ordinis
Paſſiones aie q̃ ꝛ quot ſunt/ ꝛ quõ pñt eſſe bõe vel male moralit vel quõ pñt regulari rõne vel ipedire eã. ſcḋa pte p̄me ꝑpo. p̄. ordinis
Paſſiones aie aliq̃ñ vocant morbi ꝑturbatiões ſeu egritudines vel paſſiões peccatoꝝ Ibidẽ. Peccãt q̃ obmittũt ea ad q̃ obligant pro alijs nouis ꝛc̄. In fine ꝯcluſionis ſcḋi ordinis
Pene inferni excedũt omnẽ penã huius vite/ ſic gaudia p̄adiſi oĩa

huius mūdi gaudia. In fine p̄me ptis ſcđe ꝓpōnis p̄mi ordis/ ⁊ in quto dolore ꝯcluſiōis eiuſdē ordis ſup tilo. ſi in viridi b faciūt.

T

Xps ī quo ſum⁹ q̄re dr extremū. In ꝯclu. tertij ord. i p̄mo p̄ſuppo.
Tempus p̄ntis vite in ſex diuidit etates Ibidē. Tps in ſe ñ eſt malū. In ſolu. ad primū ⁊ ſecūduz ſcđi p̄ſuppo. ꝯcluſiōis ſcđi ord.
Tempus q̄re erit in dampnatis ⁊ nō erit in btis In ſolu. t. ad primū primi p̄ſuppoſiti. ibidem.
Tempus finis mūdi ⁊ antixp̄i ē incertum. ibidem in ſolu. ad ſcđm.
Temporis in medio xp̄s natus ē. ibidem in ſolu. ad tertium.
Tempus vltimum erit piculoſum. ibidem in ſolu. ad quartū
Tpa poſteriora cōparanť ad priora ⁊ ecōtra. ibidē in ſolu. ad ſciū
Tribulatio paciēter ferenda eſt exemplo virginis ⁊ pueri in fuga in egyptum. in ꝯcluſiōe primi ordinis in fine ſecūdi doloris.
Tribulationis mitigatio p meditationē doloꝝ virginis ſcđa ꝓpōne ſecundi ordinis in tertia vtilitate.

X

Xp̄i dolor in cruce omnē dolorē huius vite exceſſit ptz ad longum prima pte ſcđe ꝓpōnis primi ordinis.
Xp̄s quō q̄rit ⁊ amittiť. in ꝯcluſiōe primi ordis in fine ſcij doloris.
Xp̄s in cruce quō ſe habuit erga matrem/ ⁊ quō eam pie reſpexit ⁊ allocutus eſt. ibidem in quinto dolore.
Xp̄s q̄re matrem ſuam poſt ſe reliquit. ibidem prima queſtione.
Xp̄s dedit nobis formā moriendi ⁊ ꝯdendi teſtamentum. ibidem
Xp̄i dolor erga matrem in cruce ⁊ ecōtra ab Auguſtino pulchre declaratur . ibidem queſtione ſexta.
Xp̄s quō fuit ḋ cruce depoſitus ⁊ ſepult⁹. ibidē in ſexto ⁊ ſept. dolo.
Xp̄i paſſiōis ꝯtemplatio multa bona facit nobis ſcđa ꝓpōne ſcđi ordinis in ſcđa ⁊ tertia vtilitatibus.
Xp̄s nos inuitat ad ꝯtemplationē ſue paſſiōis. ibidē ſtia vtilitate.
Xp̄i dolores excedūt dolores virgis/ ⁊ ex eis potuiſſet fraternitas inſtitui. in fine ꝯcluſiōis ſcđi ordinis in ſolu. ad ſecundū. Et in principio ſcđe ꝓpoſitiōis primi ordinis.
Xp̄i doloꝝ tam exteriorum q̄ȝ interiorum cauſe . ibidem
¶ Explicit tabula alphabetica huius quodlibetice deciſionis.

¶ Sequiť tabula auctoritatū ſacre ſcripture ī h tractatu quodlibetico expoſitarum ſecundū ordinem librorum biblie h annotatarum

## Ex libro Geneſis.

Scribit Geñ.xij.ꝙ Abraham dixit vxori ſue. Dic obſecro ꝙ ſoror mea ſis ⁊c̃. quod expoīt de btā virgīe in fine ꝯcluſionis tertij ordis in ſolutione ad terciū argumentū

Item Geñ.iiij. habet. Subter te erit appetitus. ⁊c̃. hoc expon it ſe/cunda pte prime ꝓpōnis primi ordinis

Item ſcribit Geñ.xlvij.ꝙ cū pharao q̄reret a iacob quot ſunt dies ānoꝝ vite tue. Rñdit dies peginatiōis vite mee/centū triginta annoꝝ ſunt parui ⁊ mali. ⁊ nō ꝑuenerūt ad dies patꝝ meoꝝ. h̄ expōit pulchre in cōcluſione ſecūdi ordis in ſecūdo p̄ſupoſito

## Ex libro Exodi.

Scribit Exo.xv.ꝙ cū moyſes ad p̄ceptū dñi miſiſſꝫ lignū in aquas amaras/in dulcedinē verſe ſunt. hoc exponit de cruce vel paſſione chriſti ſecūda ꝓpōne ſecūdi ordis pte tertie

## Ex Thobia.

Legit thobie.xi.ꝙ Thobias cū vxore recupato filio ceprūt flere p̄ gaudio. quod exponit in fine tertie ptis ꝯclu.tercij ordis an̄ ſolutiones argumētoꝝ. itē i ſecūda ꝓpōne.ij. ordis poſt q̄rtā ptem

Itē thobie.v.dicit Suffitiebat nob̄ pauptas nr̄a vt diuicias ꝯputaremus h̄ quod videbam⁹ filiū nr̄m. Hoc exponit de btā virgīe in tertia ꝓpōne primi ordis circa finem i ſolutione ad tciū argumētū

Item euſdē.xij.dixit angelus Ego ſum raphael vn⁹ de ſeptem qui aſtamus ante deum. hoc exponit in pncipio ſcōe ptis tertie ꝓpōis primi ordinis

## Ex libro Job.

Scribit Job.iiij. Corpus eius q̄ſi ſcuta fuſilia. h̄ exponit de corpe dyaboli in ꝯclu. p̄. ordis in primo dolore

## Ex pſalterio.

Habet pš.duodecimo. Aſtiterūt reges ⁊ principes ꝯuenerunt in vnū aduerſus dñm. ⁊c̃. Hoc exponit ſecunda ꝓpōne primi ordinis in declaratione ſecūda ꝓbationis prime ptis.

Item pš.xxxi. Verūm in diluuio aquarum multaꝝ. hoc exponitur in ſecundo p̄ſuppoſito ꝯclu. ſecundi ordinis

Item. Libera me de ſanguinibus. hoc exponitur ibidem

Itē. Erit tps eoꝝ in ſecula. Hoc exponit in ꝯcluſione ſcōi ordinis primo p̄ſuppoſito in ſolutione ad primum argumentum

## Ex libro Prouerbioꝝ.

Scribit puer.xi. Qui abſcondit frumēta in tpe maledicet in pplis quod exponit de doctoribus. Sed bñdictio ſup caput vendentiū. In prologo ſtatim poſt principium.

Scribit ꝓuerbi.xi.timore dñi declinat ōnis a malo.h̄ exponit in ſe
cundo ꝑſuppoſito ꝯcluſionis ſcđi ordinis.
Item ꝓuerbi.viij.Per me reges regnāt ⁊c̃.Hoc exponit de beata
virgine in ꝓlogo circa finem

Ex libro eccl'aſtes

Scribit eiuſdē.vij.ne dicas qd putas cāe ē ꝙ peiora tpa meliora
fuere ⁊c̃.h̄ expōit i ſolu.ad ſcđm argu.i ſcđo ꝑſup.ꝯclu.ſcđi ordis
Item Eccleſiaſt.i.Generatio ꝑterit.generatio aduenit.⁊c̃.h̄ expo/
nit in ꝯcluſione primi ordis in quinto dolore
Item ibidem Terra ineternū ſtat.h̄ exponit ibidē ⁊ in primo ꝑſuppoſi
to ꝯcluſionis ſecūdi ordinis in ſolutione ad primum

Ex libro Canticoꝝ

Canticoꝝ.i.ſcribit Faſciculꝰ myrre dilectꝰ meꝰ mī inter vbera mea cō/
morabit.botrꝰ cipri ⁊c̃.h̄ expōit i ſcđa ⁊ tertia pte ſcđe ꝓpo.ꝑ.ord.
Item canti.v.Come eius ſicut elate palmaꝝ nigre qſi coruus
Et eiuſdem.vij.Come capitis tui ſicut purpura regis.⁊c̃.h̄ exponit
tertia pte prime ꝓpōnis primi ordinis
Item Canti.i.Trahe me poſt te Curremꝰ in odore vnguētoꝝ tuoꝝ
hoc exponit tertia pte ꝯcluſionis ſecundi ordinis
Itē cāti.ij.Ordinauit i me charitatē.tria pte pri.ꝓpo.primi ordinis.

Ex eccleſiaſtico

Scribit eccle.xi.In die bonoꝝ ne imemor ſis maloꝝ.⁊ eiuſdē.xxij.
Muſica in luctu importūa narratio.hec expo.i ꝯclu.triū ordis in ſol.
ad pmū argumētū.Sūt eiuſdem.vij.Ne deſis plorātibꝰ in ꝯſolatiōe
Item eiuſdem.xi.Malitia vinus hore obliuionē facit luxurie mḡe
h̄ exponit in.ij.ꝑſuppoſito ꝯclu.ſecūdi ordinis.
Item eccle.xxiiij.q elucidāt me vitā eternam habebunt.h̄ exponit in
ꝓlogo de ſapia/⁊ i tria pte ꝯclu.ſecūdi ordinis de btā virgīe
Item ibidem Eccl'.xxiiij. Ego mr̄ pulchre dilectiōis ⁊ timoris ⁊c̃.
hoc exponit pma pte ſecūde ꝓpōnis pmi ordinis
Item eccl.iiij.Gratia dei ſicut padiſus.in ꝯclu.pmi ordinis quinto
dolore.q.pma ⁊ in fine tertie ptis ꝯcluſionis ſecūdi ordinis

Ex Yſaya.

Scribit yſaye.xi.Erit ſepulchrū eius glorioſum. h̄ exponit i ꝯclu/
ſione pmi ordinis in ſeptimo dolore
Item yſaye.lvi. Canes muti non valentes latrare. h̄ exponitur de
doctoribus mutis in ꝓlogo.
Item yſaye.lvij.Cor impij qſi mare feruens.quod gekere nō pōt.

Hoc exponit in ſcđo p̄ſuppoſito cõcluſionis ſcđi ordinis ;
Item yſaie. xxxiij angeli pacis amare flebunt . hec exponit in ꝯclu
ſione primi ordinis in fine ſeptimi doloris .
Item ſcribit Yſaie vltimo nūqd parturiet terra vno die Ar tecū parit
et peperit. ꝛc̃ Hec exponūt de beata virgine in ſcđa pte ſcđe ꝑpoſiti
onis primi ordinis

## Ex Ieremia.

Ieremie tertio ſcribit . Frons mulieris meretricis fcā eſt ꝛc̃ . Hoc
exponit in ſcđo p̄ſuppoſito ꝯcluſione. ſcđi ordinis .

## Ex lamētationib9 ſeu Trenis.

Scribit trenoꝝ q̄rto. quō obſcuratū ē aurū/mutat9 ē color optimus
Hoc exponit i ſcđo p̄ſuppoſito concluſionis ſcđi ordinis .
Item euiſdē ſcđo Cui ꝯpabo te ꝛc̃ qs te ꝯſolabit ꝛc̃. Hoc exponit
de btā virgine in ſcđa ꝑpoſitione primi ordinis pte prima p totum
ꝛ i ſo. ad primū ꝯtra ſcđꝫ p̄ſuppoſitū i fine ꝯcluſiōis ordinis primi.

## Ex Baruth.

Scribit Baruth q̄rto ō deo q̄ pſecit terrā in eterno tpe Hoc expo
nit i ſolutio. ad primū ꝯtra ſcđm p̄ſuppoſitum que ſolutio habet in
fine ꝯcluſionis primi ordinis.

## Ex libro Abacuck .

Abacuck tcio i medio ānoꝝ notū facies. Hoc expōit in tcia ꝑpōne
ſeu ꝯclu. ſcđi ordis i pīo p̄ſupōito i ſo. ad tciū.

## Ex libro Ozee .

Scribit Ozee q̄rto Nō ē veritas. ñ ē mīa ñ ē ſcia d̄i in fra ꝛc̃. male
dictū mēdaciū/hoīcidiū/fu tū/ꝛ adulteriū/inundauerūt/ꝛ ſanguis
ſanguinē tetigit Hoc exponit tcia ꝑpōne ſcđi ordis i ſcđo p̄ſupoſito
Itē ſcribit Ozee vltimo reddem9 vitulos labioꝝ nroꝝ. Hec exponit
ſcđa ꝑpōne ſcđi ordis circa fi. i q̄rta rōe q̄re vox addit laudi.

## Ex euangelio Mathei .

Scribit Mathei vi. Nolite ſoliciti eſſe ꝛc̃. ꝛ ſufficit diei malitia ſua
Hec excludūt in ꝯcluſiōe ſcđi ordis i primo p̄ſuppoſito tcia expōne
Item Mathei vij. Nolite iudicare ꝛ ñ iudicabimini. Hoc exponit
prima pte ꝯcluſionis ſcđi ordinis
Itē Mathei ſcđo ſcribit de perſecutione herodis/ꝛ de fuga in egip
tum cui9 expōnem habes in ſcđo dolore ꝯcluſionis primi ordinis
Item Mathei xxiiij. ſcribitur q̄ apli q̄ſierūt a xp̄o dic nobis qñ hec
erunt ꝛc̃ . ꝛ quō xp̄s r̄ndit . Hec ōnia exponunt in primo p̄ſuppoſito
cōcluſionis ſcđi ordinis in ſo. ad ꝛ in argumento in principio
Item ſcribit Mathei xxiiij. qñ habūdauit iniquitas refrigeſcet ca
ritas multorum. ꝛ niſi breuiati fuiſſent dies illi ñ fieret ſalua omnis
caro. H̄ exponit i ꝯcluſiōe ſcđi ordinis in p̄mo p̄ſuppoſito in ſo. ad q̄rtū

Ex Luca.

cribit Luce.ij. ꝙ ſymeõ dixit ad mrem xp̄i Ecce hic poſit᷒ ē ī ruinā
ꝛ in ſignū cui ꝯtradicet ꝛ tuam ipſius aīaꝫ ptranſibit gladius .ꝛc.
Hec exponūt in primo dolore cõcluſionis primi ordinis
Item ibidem habet ꝙ cuꝫ puer iheſus eſſet duodecim annoꝝ pdit᷒
fuit ꝛc.hoc exponit in ſcḋo dolore cõcluſionis p̄mi ordinis .
Item ſcribit Luce.xi. Si oculus tuus fuerit ſimplex totum corpus
tuum lucidū erit. Si autē neq̄ꝫ fuerit ꝛc. Hec oīa exponunt ī ṗma ꝓ
poſitione ſcḋi ordinis in q̄rto notando circa fraternitates
Itē Luce.xix. Qui abſcondit mnā ſibi a deo datam ꝛc.fuit capitu
lat᷒.hoc expõitur in ꝓlogo de p̄dicatoribus ꝛ doctoribus .
Item Luce xxiij.ſcribit ꝙ ſeq̄bat chriſtū turba multa ppli ꝛ mulie
rum q̄ lamētabāt ꝛc.qbus ille ait Filie ihrlm nolite flere ꝛc . Uſq̄ꝫ
qm̄ ſi in viridi h̄ faciūt in arido qd fiet:Hec oiaexponūt ī q̄to dolore
concluſionis primi ordinis .
Item Luce.xxiij. Subſecute āt mulieres q̄ cū eo venerāt de gali
lea viderūt monumētū ꝛ quēadmodū poſitū erat corp᷒ ihu h̄ expõ
it in ꝯcluſione p̄mi᷒ ordis in ſexto ꝛ ſeptimo dolore

Ex Euangelio Iohannis.

Scribit Ioh.xix. ꝙ ſtabat iuxta crucē mater eiu᷒ ꝛc.vſq̄ꝫ ibi.Ecce
mater tua.q̄ õnia exponunt in ꝯcluſione p̄mi ordinis in quinto do/
lore ad longum.

Ex epiſtolis Pauli.

Scribit Rõ.vij.Cum eſſem᷒ in carne paſſiões pccõꝝ ꝛc. h̄ expõit
in ſcḋa pte p̄me ꝓpõnis primi ordinis
Item ſcribit p̄ma ad Choꝛ.xi. Si noſmetipſos diiudicaremus non
vtiq̄ꝫ iudicaremur.h̄ exponit in pte ꝯcluſiõis ſcḋi ordinis vbi etiaꝫ
exponit illud ad Rõ .xiiij.tu qs es qui iudicas alienū ſeruū:
Et eiuſdem.ij.In quo aliū iudicas teipm̄ condemnas
Itē ſcḋa thi.iij.In diebus nouiſſimis inſtabūt tpa periculoſa.Hoc
expõit ī ꝯcluſiõe ſcḋi ordis ī p̄mo p̄ſuppo.in ſolutiõe ad q̄rtū

Ex actibus apoſtoloꝝ

Scribit Act.i.ꝙ diſcipulis q̄rentibus xp̄o/dñe ſi in tpe h̄ reſtitues
regnū iſrael. Rñdit.nõ eſt veſtꝝ ſcire tempora vel momenta.ꝛc.In
concluſiõe ſcḋi ordinis in ſolutiõe ad ſcḋm.in ſcḋo p̄ſuppoſito/ꝛ in
argumento eodem in principio tituli

Ex apocalipſi.

Scribit Apoc.ij.De ore eius ex vtraq̄ꝫ pte gladi᷒ acutus Hoc ex/
ponit in ꝯcluſiõe p̄mi ordinis in declaratiõe p̄mi doloris.

¶ Prologus quodlibetice deciſionis fratris Michelis fran/
ciſci d̄ Inſulis ſacre pagine pfeſſoris Colonieñ ordinis p̄dica
tor̄ Nec nō ꝯfeſſoris Illuſtriſſimi pricipis dñi Philippi archi
ducis Auſtrie Burgūdie Brabātie rc̄ Sup ſeptē pricipalium
chriſtifere virginis Marie dolor̄/quos ī hoc mūdo d̄ ſuo vni
genito ptulit celeberrima nec minus d̄uota lōgeꝗ vtili frater
nitate/ad trinſq; laudē chriſti colariūq; non mediocrem edifi
cationē pleriſq; locis(eodē principe auctore)nouiter erecta

Prologus.

Q Uoniā Theologice veritatis pfeſſores nō mutos
difficiles/pigroſue quī potius ad laborādū ī vineā
dñi ſabaoth. ꝛ ad veritatem quā pfeſſi ſūt defendē
dā ellucidādāq;/promptos diligentes ꝛ ferueētes
fore condecet p̄ſertim cum ex defectu ſane doctrine in fide vel
moribus periculū imminere conſpexerint Aut quotienſcunq;
fideles/edificationis gratia/ab eis edoceri cupiunt ꝛ requirut
Petro xp̄i vicario prima ſua Canonica iij. caplo pclamante:
Parati ſēper ad ſatiſfactionē omni poſcenti de ea que in vobis
eſt fide ꝛ ſpe: Et iſta caplo ſeqnti: Unuſquiſq; ſicut accepit
gratiam/in alterutrum illam ad miniſtrantes ſicut boni diſpen
ſatores multiformis gratie dei: Ne illud eis impropereť/
yſaie. lvi. Canes muti non valentes latrare: Et ne ſimiles cē
ſeanť illis qui mnā ſibi a deo datam abſcondit ꝛ in ſudario re
poſuit/Luce. xix. Propter quod tandem reprobatus maledic
tionem incurrit/ſecundum illud prouerbiorum. xi. Qui abſcō
dit frumenta in tempore maledicetur in populis. Super quo.
Gregorius: Frumenta abſcondere eſt verbum ſalutis in tem
pore oportuno apud ſe retinere. Quo contra ſequitur in eo/
dem capitulo. Benedictio ſuper caput vendentium. Uende
dere autē ſcienciā cenſendus ille eſt qui ſub ſpe mercedis eter
ne alios īſtruit Ipā ſapiā ꝯfirmāte/Eccl. xxiiij. Qui elucidāt
me vitā eternā hebūt et Daniel. xij. Qui ad iuſticiā erudiūt

mſtos erūt q̄ſi ſtelle in ꝑpetuas eternitates Hinc ego frater
Michael īter theologie ꝓfeſſores minimus a pleriſq3 neoū
deuotis popularib⁹: veꝝ etiā a nobilibus ⁊ militantibꝰ eccleſi
aſticiſq3 viris ad modū zeloſis atq3 beatiſſimā virginē mariā
ſuis in dolorib⁹ maxie venerātibus multipliciter ⁊ ſepenūe
ro pulſatus: rogatus: tādem q3 rei virtute ſum deuict⁹ vt quē/
admodū certis elapſis annis vtpote, cū in ſancta Colonienſi
ciuitate illo quidem tpe quo in cōuentu noſtri ordinis Regē
tis fungebar officio de preclariſſimi fraternitate Roſarij ad
dei virginiſq3 laudē determinatiōez quādam ſcolaſticā p mo/
du quodlibeti: p deuotoꝝ inſtructione: collegeram ⁊ plurimos
longe lateq3 ad eiuſdem religiōis ardentē amozē atq3 vene/
ratione traxeram: ſic ⁊ de noua eiuſdez virginis deifere Ma
rie cōfraternitate, in honorē ſeptem doloꝝ quos in hoc mūdo
paſſa eſt: dedicata ad ipſius fraternitatis eiuſq3 nouiter plan
tate radicis fructus āpliorem elucidatione cōfirmationē atq3
cōtradicentiū cōfutacionē: necnō ad ipſius omni laude digniſ
ſime gloriā ⁊ honorem nrāz quoq3 edificatiōez aliquod ſimi/
le quodlibet quēdamue tractatulū ſcriptis redigere ſub con/
pendioſaq3 ſalce foras emittere non recuſarem. Et quāuis ad
ſe nū pergens debilis ⁊ multidus variiſq3 curis ⁊ occupatio
nibus inuolutus ſcolaſticus eſſe deſierim. merito q3 ex hoc a
tante rei ꝓpoſite magnitudine ⌊ tametſi placide ⌋ ſupportan
dus: tantorū tamē laudabili inſtantia cōmonitus et ⌊ qđ pre
ſtat ⌋ noſtri benigniſſimi Archiducis tenerrime indolis virtu
te deuictus: ro iugū ⌊ haud mediocri ſtudio dignum ⌋ hume/
ris accōmodaui meis. Cū ꝙ chriſto ⁊ ſue dulciſſime matri ym
o toti ſupernoꝝ ciuium curie ⌊ que ab vtriuſq3 laude nō ceſ
ſat ⌋ tam diuinum ſalubreq3 fraternitatis exercitium atq3 me
dullarem meditacionē: ypocritarū geſtui longe abſimilē: pla/
cerē non dubitaui. Cum etiam ꝙ ipſi mundo in maligno po/
ſito: et iā diu ignauia mētis deuio. mīrꝝ in modū āpliſſimus in
dultus ꝓfuturꝝ exiſtimaui. Ad qđ etiā me potiſſimū impulſum
fateor Illuſtriſſimi noſtri principis in ea fraternitate hac ſua

inſonti iuuentute ardenti deſiderio totoqꝫ eius in te conatu
Hic enim cum necdum decimumquintum. felicis ſui con
pleſſet annum eius fraternitatis auctor eſſe curauit. Idemqꝫ
tam diuinum ſuis inprouincijs demiſſum opus ſuo preclariſſi
mo nomini iuſſit aſſcribi quod nobis validi oris etatis ſue in
gens preſagium grandeqꝫ omen futurum arbitror * dicente
Oratio. Quo primū imbuta ſeruabit odorē teſta diu: ¶ Tali
igitur ac tanto principe quiſqꝫ ſane mentis gaudeat et exul/
tet ſubditus. quoniam cum ſic ſupernm cultu ꝛ pietate adol
leſcat eundem iuſticie cultorem [ que reipublice gubernacu/
lum eſt et ampluſtre ] ſpe certa expectamꝰ. Scribitur quippe
Prouerbiorꝫ. viij. Per me reges regnant ꝛ legum cōditores
iuſta decernunt. Per me principes imperāt ꝛ potentes de/
cernunt iuſticiam. Que quidem verba ꝛ ſi ad litterā de diuia
ſapientia intellecta conſpiciantur. beato tamen Aurelio Au
guſtino teſte: virginis Marie poſſunt eſſe oracula. Per me
igitur [ inquit regina celi ] reges regnant: quaſi dicere velit.
Princeps qui [ omni ſemota tyrannide ] iuſte regnare et in
ſuo throno confirmari cupit vt ad me veniat neceſſe eſt. Veni
at inquam non corporis greſſibus ſed mentis: me diligendo
colendo. venerando: mihi deuotius ac frequentius ſeruiendo
Hunc in ſuo confirmabo throno bonis habundare faciam. ꝛ
tandem de temporali regno ad eternum ipſum ſublimabo.
Que dicta velim pro noſtri Archiducis Illuſtriſſimi in tā di/
uinum opus intentiori perſiſtentia: fidelimmqꝫ placidam ob/
ſeruationem allectione.

Obmiſſis igitur [ ne lectoribus faſtidio veniam ] varijs di
greſſorijſqꝫ excuſationibus que nonnunquaꝫ arrogantiam af
ferunt Vbi me [ et ſi indignum ]. tanti principis ſeruitio cō
ſpitio deputatū eius generoſiſſime: necnon nobili: adoleſcen
cie ſalutaribꝰ obſequijs ſubeſſe mihi cōgratulans omnipoten
tia auxilio: ſueqꝫ intemerate matris ſubſidio confiſus necnō
de celeſti premio certior pro eiuſdē noſtri Archiducis ſa[illegible]te
atqꝫ ſubditorꝫ et patriarum felici ſucceſſu ac proſperitate epꝰ

hoc inſtar quotlibeti bimuli ſacre doctrine comedationi ſilo/
ſo aſtico more ſub compendioſa breuitate letus aggredior.
Voſq; lectores beniuoles [quorum magis eſt placare ſuperos]
in virginis fraternitatem aduoco Adeſte pijs animis tollerare
laborem: Venture memores iam nunc eſtote ſenecte. Sic nul/
lum vobis tempus abibit iners. Ne pigeat noſtros iam nunc
tollerare labores. Nō nunc eſt aloes. dultia mella dabit.

Explicit. Prologus.

¶ Incipit titulus principalis preſentis quodlibetice deciſio
onis de fraternitate Septem doloꝝ beate virginis.

¶ Utrum in hoc extremo tempore in quo dies mali ſunt li
citū fuerit ⁊ laudabile/ eccleſiaſticoq; ritui cōſonū/ d̄ ſeptē ehri
ſtifere virginis Marie doloribus nouā inſtituere fraternitatē.

Ista queſtio ſi diligenter cōſideretur/ quatuor p̄
ſuppōit/ ⁊ vnū principaliter querit. Preſuppōit
enim primo q̄ tempus in quo ſumus eſt extremū
Secūdo q̄ dies noſtri mali ſūt. Tertio ſuppōit
i glorioſa virgine Maria quoſdā fuiſſe dolores
Et quarto huiuſmodi dolores ad ſeptenariū reſtringit nume
rum Querit aūt cōſequenter ⁊ principaliter: An licitum ⁊ lau
dabile fuerit. ⁊c. de iſtis ſeptem doloribus nouam iam i ſtituere
fraternitatem Cōtra que omnia ⁊ ſingula ꝓ apertione mate
rie quedam in primis mouebuntur argumenta.
¶ Cōtra primū p̄ſuppoſitū ⁊ ꝓ pte negatiua arguit̄ q̄druplicit
videlicet q̄ tempus in quo ſumus non ſit extremum.
¶ Primo ſic. ¶ Tempus erit eternū/ ſaltem/ a pte poſt vt vi
det. Igitur nō eſt iam extremum tempus. Cōſequētia eſt clara
Et antecedens patet. Primo p illā auctem pſalmiſte. pš. lxxx.
Erit tempus eoꝝ in ſecula id eſt in eternum ſcōm Auguſtinum
Quod verbum intelligit̄ de damnatis. quia p̄mittit̄: Inimici
dn̄i mentiti ſunt ei Scdo patet hoc per illud Baruch. iij. Qui
perfecit terram in ſempiterno tempore.

¶ Secundo arguit ad idē. Finis mūdi ē ĩcertus ꝛ a nobis incognitus. Igit nō poſſumus aſſerere ꝙ ſumus in extremo tē pore. Cōſequētia ē bōa. et añcedēs patꝫ p verba xp̄i. Mathei xxiiij. reſpōdētis ad interrogationem ſibi factā ab apoſtolis/ dic nobis quādo hec erunt/ ꝛ qđ ſignū aduēt⁹ tui ꝛ ꝯſumatio nis ſeculi. De die inquit illa ꝛ hora nemo ſcit neqꝫ āgeli celoꝝ niſi pater ſolus. Idem dīt ꝛ plus Marci. xiij. qa addit. neqꝫ fili⁹ Et iō/ vt dīt ibidē: Uidete. vigilate. orate. neſcitis eni qñ tēp⁹ ſit. Itē Actuū pmo querētibus diſcipulis domine ſi i tempore hoc reſtitues regnū iſrahel īdixit chriſtus Nō eſt veſtꝝ ſcire tē pora vel momenta q̄ pater poſuit in ſua poteſtate. Ad verbum tractans Aurelius Auguſtinus. xviij. de ciuitate dei. ſic inquit Fruſtra ānos q re manēt huic ſeculo cōputare ac diffinire cona mur cū ſcire hoc nō eſſe noſtꝝ ex ore veritatis audiam⁹ Et ſub dit. Omniū de hac re calculātiū digitos reſoluit ꝛ qeſcere iu bet ille q dīt Non ē veſtꝝ ſcire tpa vel momenta.

¶ Tertio ad idem arguit. Filius dī ſcdm theologos ſuā icar natione differre nō debuit vſqꝫ ad finē mundi/ nec a principio incarnari voluit: ſed dūtaxat in medio. Iuxta illud. Abacuck iij. In medio ānoꝝ notū facies. Sed a pncipio mūdi vſqꝫ ad ei⁹ incarnatonē pceſſerūt. 5000. ꝛ 200. āni minus vno iuxta illud Ante chriſtū duo. cc. minus vno milia qnqꝫ. Et hoc ſcdm ꝯputationē venerabilis Bede. Igit cū a xp̄o vſqꝫ i hodi ernū diē nō pceſſerūt niſi mille q̄dringēti ꝛ nonagintaq̄tuor āni: ſi fili⁹ dei in medio⁹ ānoꝝ incarnari debuit/ Uidet ꝙ reſtāt adhuc tria milia ſeptingēti ꝛ quinqꝫ āni vſqꝫ ad finē mundi. Et ſic nō ſumus adhuc in extremo tpe

¶ Quarto ꝛ vltimo arguit ad idem. Extremū dr vltima ps rei cui⁹ eſt extremū. ſed ſcriptura ſacra de quodā alio tpe malo iſtud i quo ſuru⁹ ſubſecuturo mētionē facit etiā añqꝫ mund⁹ ter minet vt ptꝫ. ij. thi. iij. vbi dr quod in dieb⁹ nouiſſimis iſtabūt tpa piculoſa. Item eiuſdē. iiij. Erit eni temp⁹ cū ſanā doctrinā nō ſuſtinebūt. De hoc etiā pdixit xp̄s Math. xxiiij. Erit tūc tribulatio magna q̄lis nō fuit ab initio mūdi vſqꝫ modo neqꝫ fiet ꝛ niſi breuiati fuiſſent dies illi nō fieret ſalua ōms caro

¶ Secūdo ꝑncipaliter ꝯtra ſecundū ꝑſuppoſitū i ꝑfato titulo ⁊ ad partē negatiuā etiā arguit̃. q̄druplicíter. videlicet ꝙ dies noſtri nō ſunt mali. ¶ Primo ſic. Quecūq; a deo ſiunt vel facta ſunt valde bona ſunt. vt patet Geneſis pmo. ſꝫ tempus ⁊ dies a deo ſunt. Eſt enī tempus vnū de q̄tuor coe/ quevis ſecundū dn̄m Albertū. Igit̃ ⁊c̃ ¶ Secūdo arguit̃ ad idē ſic. Dici ō ſecūdū logicos ꝑſupponit eſſe in. Sed in tem poꝛe nulla malicia nec culpe nec pene ſubiectari poteſt ſicut nec in celo. In cuius motu tempus ſubiectat̃ cum ipſū celū etiā a ph̄is ingenerabile incoꝛruptibile ⁊ inanimatū eſſe cenſe atur. Igitur. ⁊c̃. ¶ Tercio ſic arguit̃. Si dies nr̄i mali iam dicerent̃/hoc eſſet compatatiue ad prioꝛa tēpoꝛa Sed hec compatatio videt̃ reprobata Eccleſiaſtes. vij. vbi dicit̃ / Ne/ dicas/ quidputas cauſe eſt ꝙ prioꝛa tempoꝛa melioꝛa fuere q̄̃ nūc ſunt/ſtulta ē enī huiuſmodi iterrogatio. hec ibi. Igit̃ ꝯc̃

¶ Quarto ⁊ vltimo arguit̃ ad idem etiā admiſſa huiuſ/ modi comparatione ad prioꝛa tempoꝛa. Nam aliquādo fuit maioꝛ abundancia mali culpe ſeu peccatoꝝ quam iam. Simi/ liter ⁊ mali pene ſeu tribulacionū. vt videt̃ Igit̃ nō debēt iſti dies plus dici mali quā ꝑcedētes. Añcedēs patet Primo de malicia culpe: qa ante diluuiū fuit tanta malicia i terra ꝙ ſcribi tur Geneſis. vi. vidēs deus ꝙ multa malicia hoīꝫ eſſet i ter ra/ cuncta cogitatio hoīnis intenta eſſet ad malum penituit eū ꝙ hominem feciſſet Et ꝓpterea ſequit̃ ibidem Coꝛrupta ē oīs terra corā deo ⁊ repleta eſt impietate: Omnis quippe caro coꝛrūperat viam ſuam Et hec fuit cauſa diluuij ſub ſequēt̃ in quo omnes periernt/paucis bonis (id ē octo animab⁹) ſaluis. Similiter ⁊ tēpoꝛib⁹ Abrahe Moyſi Dauid/ ⁊ multoꝝ alioꝝ regum ſeu ꝓphetaꝝ plura ⁊ q̄̃uiora peccata videt̃ regnaſſe q̄̃ iam. vtpote/ydolatrie Infidelitatī/luxurie ⁊ auaricie dicente beato Jeronio / ꝙ nulla gens auarior gente iudeoꝝ Vndenō ſine cauſa clamauit Jereias eiuſdē. vi. A minoꝛe vſq; ad mai/ orē ōnes auaricie ſtudēt et a propheta vſq; ad ſacerdotē cunc/ ti faciūt dolum. Sed vt ad viciniora veniamus Tempoꝛe i car/ nacionis ⁊ paſſionis filij dei tempoꝛib⁹ apl̄oꝝ et martirū. ymmo

⁊ quorũdam cõfeſſoꝝ/quot ĩ fidelitatib⁹/quot hereſibus ꝙ ſu perſtitionib⁹/⁊ ſic de alijs grauiſſimis peccatis mũdus mũdauit Et ſic pue tempore beatoꝝ. Dominici ⁊ Franciſci quãdo xp̄s viſus ẽ in aera cũ trib⁹ lanceis igneis velle iteꝝ deſtruere mũ/dum: ꝓpter exceſſum peccatoꝝ: niſi ſua mater maria precibus obſtitiſſet/dictos ſanctos eidem preſentando

¶ Secũdo ꝓbaẜ hoc eciã faciliter de malicia pene. quia eccleſia longe grauiores aliquando paſſa eſt tribulationes ꝗ̄ȝ iam vt pote temporibus tyrannorum ⁊ hereticorum pluribus eciam alijs malis. vtpote fame peſte gladio ãte tempora ſubie/cta fuit quam nunc. Igitur ⁊c̄

¶ Tercio principaliter contra tercium preſuppoſitum in titulo noſtro eciam ad partem negatiuam/arguitur quadrupli citer videlicet ꝙ in glorioſa virgine Maria non fuerunt aliq dolores

¶ Primo ſic. Dolor enim (teſte Auguſtino .xiiij. de ciui tate dei) in corporibus dicitur ex apprehenſione exteriori alic⁹ motiui cauſatus. Sed non legimus aliquid virgini nocuiſſe in ſuo corpore nec ipſam leſiſſe/ymmo nec in partu nec in morte filij leſa fuit. Igiẜ nullus eſt in ea dolor ponend⁹.

¶ Secundo arguitur ad idem ſic. Beata virgo nunquã peccauit/nec alicui peccato ſubiecta fuit. ergo nec debuit pati dolores/nec qbuſcunqȝ penalitatib⁹ ſubijci. Antecedens eſt notum Et conſequentia patet. quia remota cauſa remouetur effectus Omnes autem dolores et penalitates huius vite ſunt effectus peccati. In cuius ſignum in ſtatu innocentie et ante peccatum nullus in hominibus dolor/nullaqȝ pena fui ſſet/vt dicunt communiter doctores.

Nec valeret hic (vt videtur) quorundam reſponſio ſeu euaſio chriſtum allegantium et dicentium/ꝙ et ſi in eo nullum fue rit omnino peccatum huiuſmodi tamen doloribus ⁊ penalitati bus ſubiectus fuit.

Nam ſecus eſt de eo et de eius matre.

Ipſe eni huiuſmodi defcũs ſeu dolores nõ cõtraxit ſȝ volũtarie ꝓ nobis aſſũpſit ⁊ hijs ſe ſpõte ſubiecit vt eſſet redẽptor noſter

Iuxta illud yſaie .liij. Vere languores noſtros ipſe tulit . Et
ſequit̃ poſt pauca : Ipſe vulneratꝰ ē ꝑpter peccata noſtra ciꝰ
liuore ſanati ſumus . Sed eius mater nō ſic tulit peccata noſtra
nec fuit redēptrix noſtra Quare quo ad hoc nō ē ſimile .

¶ Tercio arguit̃ ad idem ſic . Si beata virgo aliquando
habuiſſet dolores/hoc maxime habuiſſet de filio vel eiꝰ acer
biſſima paſſione Sed hoc nō vt videt̃ quia de filij ſui paſſione
(ſicut ⁊ de omibꝰ noſtre redēptōis miſterijs)gaudere debebat
vtpote q̄ ſuā voluntatē diuine voluntati ꝯformare debuit ꝓut
fecit .⁊ q̄ plena caritate exiſtēs bonū ⁊ ſalutē ꝓximi ⁊ ꝑcipue
totius humani generis deſiderare ⁊ ꝓcurare ꝓ poſſe ⁊ tandē
de eodē gaudere curauit. Caritas enī (teſte apoſtolo ꝑma ad
Corinth.xiij.)cōgaudet veritati. Ideſt ſcḋm gloſam/ōni bono
vel virtuti. Cū etiā fuerit optia ⁊ gratia plena ( Boni autem
ē bona deſiderare.⁊ optimi optia Deſiderātiūq; mos ſit ſum
me gaudere dum ea que ſumme ꝺſiderāt implet̃ )ſequit̃ i tetū
videlicz q̄ debuit gaudere de tāto bono .idē ꝺ paſſione ⁊ mor
te filij ſui. q̄ꝫ nouit ꝓ ſalute humani generis fieri.vtpote que(
magno Alberto teſte)ſcripturas veteris teſtamēti nouerat i qbꝰ
ipſa xp̄i paſſio mirabiliter fuit ꝓfigurata ⁊ ꝓnūtiata. Et ita nō
potuit( vt videt̃ )dolere de eadē paſſione.ſaltē ſimul ⁊ ſemel .
quia ꝯtraria( cuiuſmodi ſunt dolor ⁊ gaudiū )nō poſſūt ſimul
alicui ineſſe ¶ Quarto ⁊ vltimo ad idem arguit̃ ſic. Cū
inter quatuor euāgeliſtas de ꝓſentia virginis Marie in xp̄i paſſi
one nullus expſſā faciat mētionem niſi beatꝰ Iohānes q̄ vidit
⁊ teſtimoniū ꝑhibuit ⁊ cui ipſa virgo ſpecialiter tunc fuit ꝯmen
data:de eiꝰ tamen dolore vel fletu ſubticuit/dicēs ſimpliciter .
q̄ ſtabat iuxta crucem iheſu mater eiꝰ ⁊ ſoror matris eiꝰ maria
cleophe ⁊ maria magdalene . Cū vidiſſet ergo iheſus matrem
⁊ diſcipulū ſtantē quē diligebat/dixit matri ſue : Mulier ecce
filiꝰ tuus. Deinde dixit diſciplo Ecce mater tua Et ex illa ho
ra accepit eā diſcipulꝰ i ſuā. Hec beatꝰ Iohannes.qui vt clare
patet/de huiuſmodi doloribꝰ nichil tangit. Et p ꝯſequēs vide
tur.q̄ ipſa virgo tunc nō doluit .quia ſi tātū dolorē tūc habui
ſſet/tātaſq; lacrimas ⁊ geſtus amaros (vt qdā aiūt )emiſiſſ

nõ videt ꝙ tãtus euãgeliſta q̃ p̃ſens fuit de his ſiluiſſet.
¶ Quarto ꝛ vltimo p̃ſupponebat principaliter in dictõ
titulo ꝙ tãtũ fuerũt ſeptẽ virginis dolores. Contra quod etiã
arguẽdũ ẽ q̈drupliciter ¶ Et p̃mo videt ꝙ huiuſmodi do
loꝝ nūer' nõ debeat determinari. quia ip̃a tot ꝛ tãtos paſſa ẽ
vt videt ꝙ fuerũt imẽſi ꝛ pene infiniti ꝛ ↄ̈ſequens inuměrabil
es. Quod patet p̃mo ex hoc ꝙ ſcribit i figura de ea Trenoꝝ
ſcdo. Cui ↄ̈pabo te vel cui aſſimilabo te filia ihrl'm: Cui eq̈bo te
ꝛ ↄ̈ſolabor te filia ſyon: Magna ẽ enī velut mare ↄ̈tritio tua
quis medebit tui: ¶ Secũdo ip̃a fuit p noemi figurata
que dixit Ruth. ij. Nolite me vocare noemi/id ẽ pulchrã/q2
amaritudie repleuit me dñs. Hoc etiã idẽ ſatis patet a ſimili
Quis enī ſufficiẽter exp̃mere poſſet nūeꝝ doloꝝ illius tã bone
matris/que talẽ ꝛ tã p̃fctũ habẽs filiũ videret eũ ita tractari
ꝛ in tãtis dolorib' ↄ̈ſtitutũ/vt ões dolor irrueret ſup eũ: ꝓut
fuerat p̃dictũ Job xx. ¶ Scdo arguit p̃ncipaliter ad idem.
Et videt ꝙ p̃ſũptuoſũ ꝛ piculoſũ' ſit huiuſmodi doloꝝ nūeꝝ
ad ſeptenariũ reducere. quia nõ ẽ audẽdũ aliq̈t dicere vel aſſe
rere de xp̃i aut ſue matris geſtibus vel miſterijs/niſi qδ ex ſcri
ptura autentica ſeu reuelatione diuina haberi poteſt.
Sed ſcriptura ſancta de hoc numero ſeptenario mentionẽ nõ
facit nec alicui legit reuelatus/ Igit piculoſum ꝛ p̃ſũptuoſũ
eſt dictos dolores ad p̃ſatum numeꝝ limitare.
¶ Tertio arguit p̃ncipaliter ꝙ ſit plures q̃3 illi ſeptem d
qbus dicet infra. Nam in p̃mis beatus vincẽtius ordinis p̃di
catoꝝ doctor ꝛ p̃dicat maxim'/i ſuis ſꝫmoib' de ſãctis ſermo
ne tertio de feſto natiuitatis beate Marie virgis. ſꝫm nūeꝝ
gaudioꝝ virginis Marie in hoc mũdo poſuit numeꝝ dolorum
eius dicẽs/ꝙ ipſa virgo in hoc mũdo ſeptem habuit p̃ncipalia
gaudia: ſed in hoꝝ quolibet xp̃s ei' filius ſal doloris ꝛ triſticie
immiſcuit/ſupaddens cuilibet gaudio vnum dolorẽ. vt oſtẽde
ret/ꝓut ſcribit Prouerbioꝝ. xiiij. ꝙ extrema gaudij luctus
occupat Sꝫ i[n]t[er] iſtos ſeptẽ dolores/quos ip̃e beat' vicẽci' d vir
gie tãgit/ſolũ vn'd nr̃is ſeptẽ enũrat. vt patꝫ i tuẽti. Poterũt
igit alij ſex nr̃is ſeptẽ ãnumerari. ꝛ ſic i toto erũt. xiij.

¶ Item pie memorie magiſter Alanus de rupe ſacre
theologie profeſſor eximius ordinis predicatorum quondam
magiſter meus et ipſi virgini deuotiſſimus / aliquando predi/
cauit et aſſeruit . et vt puto ex diuina reuelatione accepit / ꝙ
beata virgo in filij ſui paſſione tot dolores paſſa eſt / quot gau
dia in eius conceptione ſeu in natiuitate habuerat . Puta
centum et quinquaginta.
In cuius ſignum /per pſalterium ſuum/ quod tria Roſaria id
eſt centum et quinquaginta ſalutationes continet/ ad inſtar
centum quinquaginta pſalmorum pſalterij dauitici veneratur
et colitur .

¶ Recordor deniq; in quodam libello deuotionibus
et oracionibus pleno me legiſſe / beatiſſimam Mariam virgi
nem quindecim dolores de filio ſuo in hac vita pertuliſſe.quos
qui venerantur : et ibidem habebatur / non paruum reporta
bunt commodum . Horum primus fuit in circumciſione. In
qua chriſtus eius filius infans octo dierum pro nobis primo
ſanguinem fudit .

¶ Secundus quando in egyptum. propter metum he/
rodis cum paruulo ſuo et ioſeph ſponſo ſuo fugere iuſſa fuit .

¶ Tertius quando cum filius eius duodecim eſſet an
norum / ipſum per triduum amiſit.

¶ Quartus quando filius ſuus ſolus cum ſola miſte
ria ſue paſſionis feria quarta ante paraſceuen ſibi clarius
reuelauit.

¶ Quintus quando beatus Johannes euangeliſta ꝙ
filius ſuus captus fuiſſet in orto & ligatus /ſibi nunciauit

¶ Sextus quando de mane in die paraſceues eductus
de domo /Cayphe et ad inſtar latronis ligatus /ad pilatum
deductus eſt .

¶ Septimus cum filium ſuum corona ſpinea corona/
tum vidit.

¶ Octauus quando Pilatus ſedens pro tribunali cū

condemnauit et morti adiudicauit.

¶ Nonus quando ipſa mater eidem deferenti crucem occurrit.

¶ Decimus quando ictus clauorum manus et pedes filij ſui perforancium audiuit.

¶ Undecimus fuit in eleuacione crucis / cum ex manibus et pedib⁹ filij ſanguis flueret in habundantia.

¶ Duodecimus quando dixit illa verba mulier ecce filius tuus. &c.

¶ Decimuſtertius quando deo patri ſpiritum reddidit.

¶ Decimuſquartus quando miles eius latus lancea aperuit.

¶ Decimuſquintus fuit quando depoſitus de cruce traditus ē ſepulture / & ſic eum amplius non vidit ſaltem vſq; poſt reſurrectionem. rediens triſtis ad ꝓpria / non ſine precedentium pia meditatione.

¶ Ex quibus omnibus patet ꝙ pluſq; ſeptem dolores de filio paſſa eſt.

¶ Inter autem hos quindecim dolores prenominatos ſanctus Bonauentura cum certis alijs doctoribus deuotis vnum precipue approbant / ſcilicet quartum. Nam ſecundum eos propterea chriſtus illa quarta feria ante ſuam paſſionem non iuit in iheruſalem ſicut fecerat in tribus diebus p̄cedentibus ſed māſit in betania / vt ſue future paſſionis miſteria matri ſecretius & clarius reuelaret. que mater piiſſima non ſine mirabili dolore a filio ſuo dilectiſſimō q̄ eſt veritas ſūma audiuit. Alias non oſtendiſſet ſe veram eius matrem. aut ſaltem contra maternalem naturam viſa fuiſſet nullum aut paruum habere ad filiū dolorem. Quod abſit ab ea. Cum ſcribat yſaye. xlix. Nunquid poteſt obliuiſci mulier infantem ſuum / vt non miſereaf filio vteri ſui: Quaſi diceret. non. Et hinc eſt ꝙ non niſi

per prudentes ⁊ cum matura deliberatione filioꝝ dilectorum mors preterita vel futura matribus nunciatur.

¶ Conſequenter poſt omnes dolores pretactos vnū addā beatus. Hy anus memorati digniſſimum/videlicet ꝙ ipſa pia mater de omnibus peccatis humani generis ⁊ eorum grauitate (vtpote q tanta ⁊ tam grauia fuere ꝙ pro eis oportuerit ſuum filium dilectiſſimum crucifigi) valde doluit

¶ Poſſem hic eciam poſtremo adducere multiplices alias virginis miſerias/penurias ſeu paupertates quas ī hoc mundo paſſa eſt/maxime in partu. cum tante fuerit paupertatis ꝙ filium peperit in ſtabulo ⁊ eum reclinauit in preſepio/quia non erat ei locus in diuerſorio. De quibus ōnibus ⁊ ſimilib⁹ veriſimile eſt ꝙ doluerit. Nō quidē ꝑpter ſe/ſed ꝑpter filiū quem nouerat eſſe deum. ⁊ quē decebat honorabilius tractari/libenter q̄ feciſſet ſi facultas affuiſſet.

¶ Ex his omnibus videbit ꝙ dolores virginis fuerūt plures q̄ ſeptem. ⁊ ꝙ ad ſeptenariū numeꝝ reſtringi nō debuerit

¶ Quarto ⁊ vltimo cōtra hūc numeꝝ arguit principaliter. ⁊ videt ꝙ ſint pauciores q̄ ſeptem. Nam prima facie apparet ꝙ ſufficeret ī ea ponere vnū dolorē cōtinuū/vtpote per totum tempus quo ī hac vita mortali fuit. quia tēp⁹ huius vite non eſt tempus gaudij ⁊ leticie ſed fletus ⁊ doloris. In cuius ſignū mundus vallis dicitur lachrymarum. Et ꝓpterea Eccleſiaſtes ſeptimo ſcribitur/ꝙ melior eſt ira riſu Et ꝙ melius eſt ire ad domum luctus q̄ ad domum conuiuij Hinc xp̄s diſcipulis ſuis. Johā. xvi dixit plorabitis ⁊ flebitis vos/mundus aūt gaudebit. Et quod plus eſt/Lugētes beatificauit dicens. Mathei. v. Beati qui lugēt ⁊c.

¶ Ex his itaq; ⁊ ſimilib⁹ ſcripturis pꝫ ꝙ btā virgo q̄ nullo illuſtrium vincitur ⁊ cuius vita inclita cunctas illuſtrat eccleſias

implens q̄ue Chriſtus docuit in cōtinuo luctū ⁊ dolore fuit. vt
in hac vita beatificaret ⁊ vt a nullo excederetur Et ſic patet
intentum videlicet ꝙ in ea nō fuit niſi vnus dolor ꝯtinuus.
¶ Si dicat ꝙ dumtaxat hic loquitur de dolorib⁹ quos de
filio ⁊ eius paſſione habuit/ ⁊ hos ad ſeptenariū numeꝝ redu
cim⁹ .tunc poterit argui ⁊ replicari ꝙ etiā ille dolor d̄ filio fue
rit cōtinuus/ſaltem ab illa hora qua Simeon ꝓphetauit ꝙ ei⁹
aiām ptrāſiret g̃ladi⁹ .quia cōſeruabat ōnia verba hec cōferēs
ea in corde ſuo In prefata aūt ꝓphetia p̄mū noſtre fraternitat̄
dolorē aſſignamus . Poſſent ōnicꝫ hic inſeri multa quorūdā
d̄uotoꝝ ſcripta ⁊ quedā reuelationes/que nō niſi de quinque
virginis doloribus mentionem faciūt . Nā in quodā libello q̄
antidotarius anime dicit̄ nouiter impſſo/ fertur beatā virginē
aliquādo reuelaſſe ꝙ in hoc mundo quincꝫ precipuos paſſa ē
dolores in q̄bus plurimū fuerit ꝑturbata . In quorū memoriā
beatus Anſelmus eius capellanus quincꝫ pulchras orōnes
de huiuſmodi quincꝫ doloribus mentionē facientes edidit/q̄
in eodem libello ad longum continentur .
¶ Similiter in promptuario diſcipuli habemus vnum exem
plum ad hoc ꝓpoſitum : Fertur enī ibi ꝙ q̄dam ſanctus pater
in ſpū vidit chriſtū a ſua matre q̄rentē/quā forent grauiores ⁊
potiores dolores quos ī hoc mundo ptulit. Cui mox illa rūdit
ꝙ quicꝫ Primus ingēs/cū te Symeō occidendū ꝓphetiſauit
Scd̄s cum te ꝑdiduū ꝑdidi Tertius cū te captū ⁊ ligatū au/
diui Quart⁹ cū te crucifixū vidi Quintus cū te ſepeliri cōſpexi
Hoc audito chriſtus ſubiunxit ꝫ Qui me ad tuū p̄mū dolorē cū
vno pater nr̄ ⁊ aue ma. ſalutauerit: dabo ei cognitionē ⁊ ꝯtrici
onem peccatoꝝ Si ad ſcd̄m idem fecerit dabo ei oīū peccatoꝝ
remiſſionē . Si ad terciū idē fecerit virtutes q̄s ꝑpeccatū ami
ſerat reddā ei Si ad q̄rtū dabo ei donum g̃re ⁊ cibabo eū āte
mōtē corpore meo . Si ad quintum apparebo ei in morte ⁊ re
cipiā eū mecū Hec ex diſcipulo. Itaque ſi iſte reuelatio
nes ſint vere potiores habuit virgo maria dolores quam ſep
tem aut ſaltem non fuerunt niſi quinque potiores .

Poſtremo pro iſto argumento poteſt aſſumi et argui conatu
quatuor vltimos dolores quia videntur coincidere cum om/
nes ſint de chriſti paſſione ⁊ eius miſerijs quas paſſus eſt in
cruce: fueruntqꝫ continui. A tempore videlicet quo filium vidit
baiulantem crucem vſqꝫ ad ſepulturam. Si autem dicatur ꝙ
ꝓpter ſpeciales rationes doloris diuiduntur in quatuor: quia
ſecus eſt ipſam crucem baiulare in cruce ſuſpenſum ⁊ matrem
alloquentem de cruce deponi ⁊ in ſepulchro collocari. Tunc
ſecundum hoc poſſet replicari ⁊ argui ꝙ multo plures alij do
lores venient computandi: vtpote quia in ſingulis eius mem
bris ſeu vulneribus dolores ſpeciales paſſus eſt ipſe chriſtus
et per conſequens ipſa virgo. Item ad ſingulas blaſphemias
et iniurias ad coronationem: denudationē: aceti potacionem
ad manuum vel pedum conclauationem: ad lateris apertionē
et ſic de alijs. Et ita erunt longe plures cꝫ ſeptem.
Poſſem etiam hic finaliter impugnare tres primos dolores
vt nullus remaneat intactus. Et primo primum qui eſt de pro
phetia Symeonis. Nam aut beata virgo tunc intellexit hu
iuſmodi prophetiam aut non. Si non: ergo non doluit. nec in
ter eius dolores computari debet. Si ſic: cum dictam ꝓphetiā
in corde vt tactum eſt reſeruauerit: nec obliuioni dederit. ſequi
tur ꝙ ab illa ꝓphetie hora vſqꝫ ad executionem paſſionis filij
ſui in continuo dolore fuerit. Et per conſequēs omnes illi ſep
tem dolores non facient niſi vnum. licet diu continuatum vt
prius arguebatur.
Secundo poteſt etiam impugnari ſecundus dolor de fuga in
egyptum. Nam videtur ꝙ hec fuga magis fuerit virgini mate
ria gaudij cꝫ doloris. quia ex hoc cognouit diuinam ſollicitu
dinem ⁊ prouidentiā ſpecialem de filio ſuo. et ꝙ per huiuſmo
di fugam filius eius manus Herodis euaderet vbi alij pueri
occidebantur. Si dicatur ꝙ via erat eis ignota longa et te
dioſa. Linguaqꝫ extranea. Et ꝙ ꝓpterea materiā doloris ipſi
habebant. Fateor ita eſſe: Sed bona voluntas et prompta
obediendi ei qui precepit: ſocietas etiam grata ⁊ amor eorū
cum quibus quis peregrinatur/ difficultatem vie aut minuunt

aut auferunt vel obliuiſci faciunt: dicente beato Bernardo labor meus vix eſt vnius hore: et ſi amplius eſt, nō ſentio pre amoris magnitudine. Ipſa autē certificata erat de diuia volūtate ex pote quod peregrinarent in egiptū: habebatq; filiū ſuum comitem itineris: quem interdū inter brachia deferebat et cuius amore languebat: Nunciate inquit dilecto meo Can. coꝛ quinto. qꝛ amore langueo. Igitur ꝛcetera.

⁋ Tercio ꝯtra tercium dolorem de perditione filij per triduum poſſet quis allegare ꝙ ille dolor paruus fuerit ꝛ breuis et ꝙ cito tranſiens in gaudium maximum mutatus eſt: quando tertia die filium in templo cum doctoribus diſputantem reperit: qui ſupra modum admirabantur de prudentia et reſponſis eius. Magiſq; et videtur de perditione hominum ꝙ; de filij perditione doluit et tamen dolor ille inter alios non enumeratur. Igitur nec iſte deberet numerari.

⁋ Poſtremo et finaliter ꝯtra principale queſitum in pretacto titulo arguitur etiam quadrupliciter. Et primo ꝙ iſti dolores non ſint beate virginis iam ad memoriā reducendi. Et per conſequēs nec debuerit fraternitas de eis inſtitui. Quia ſicut ſcribitur Eccleſiaſtici. xxij. Muſica in luctu importuna narratio ſic ei qui in gaudio ſtat perfecto non eſt luctus preteritus exprobrandus vel ad memoriam reducendus: Sed beata virgo ſuper omnes puras creaturas in ſummo iam gradu beatitudinis ꝛ gaudij conſiſtit vbi abſterget deus omnem lacrimam ab oculis ſanctoꝝ et vbi iam non eſt amplius neq; luctus neq; dolor: vt dicitur Apocalipſis. xxi. Igitur dolores preteriti non ſunt etiam ad memoriā reducendi nec de eis ſeu eorum contemplatione debuit fraternitas inſtitui.

⁋ Secūdo arguitur ad idem. Et videtur ꝙ magis debuiſſet inſtitui fraternitas de chriſti doloribus quam de maternis compaſſionibus. Tum quia chriſti dolor fuit grauior. Tum quia fuit nobis vtilior. Tū quia ſcriptura ſacra de chriſti doloribus atq; vulneribus expreſſiorem mentionem facit.

¶ Arguitur tertio Videtur enī ꝙ hec noua inſtitutio huius
fraternitatis preſumptuoſa ſit ac periculoſa. melioriſq3 boni im
peditiua. Preſumtuoſa quidem: quia videtur pertinere ad
quandam ſuperbie ſpeciem/que ad inuētio nouitatum dicitur
Preſūtuoſū dem q3 videt cū tāta virginē (q̄ nec pmā ſit ē viſa ē
nec habere ſequētē) velle habere fraternitatē. hoc enī ē quaſi
velle eā in. ſibi ⁊ pari paſſu cū ea ambulare cū fraternitas in ter
equles quodammodo conſiſtat.
Eſt deinde (vti tetigi) piculoſa h nouitas ⁊ maioris bōi im
peditiua/qa ē obligatoria ad nouas orōēs vel cerimonias/ ad
q̄ſcū noua ſemp magis placeāt/⁊ antiqua vileſcāt: maior eſt
deuotio q̄3 ad atiq̄s. Et ita ea q̄ ſunt magis neceſſaria ⁊ atiq
negligūt ⁊ obmittunt/vt nouitates impleātur. ſicut qdā idiſcre
ti ſe obligant p noua vota q nō ſeruant antiqua ⁊ magis ie
iunāt vigiliā beate barbare vel alterius ſancte qdam ſingula
ritate q̄3 ieiunia eccle vel quadrageſime
Quarto ⁊ vltimo arguit ad idem. Et videtur ꝙ hec nouitas
ſit ſupflua ſeu ſupſtitioſa dicēte btō Thoma. ſcda ſcde. q. xciij.
arti. q̄ ꝙſi aliqd fiat in diuino cultu ꝙ q̄ntū eſt de ſe nō ptineat
ad dei gl̄am. nec ad h ꝙ mēs hōis ferat i deū/aut ꝙ carnis cō
cupiſcētie i ordinate refreēt aut etiam ſiſit preter dei ⁊ eccle i
